

## Alte Drucke

**Disputatio XI. || DE BONIS O=||PERIBVS, || EX ARTICVLO  
CONFESSIO-||nis Augustanæ sexto: || Cuius subiectas  
Theses, || AD IVVANTE DEI GRATIA, || ...**

**Hunnius, Aegidius**

**Witebergae, 1593**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149338**

10.  
A

Disputatio XI.  
**DE BONIS O-**

P E R I B V S,

EX ARTICULO CONFESSIO-  
nis Augustanae sexto:

*Cuius subiectæ Theses,*

ADIVVANTE DE I G R A T I A,  
PRAESIDE ÆGIDIO HUNNIO, S. Theologiz  
Doctore & Professore, M. IOHANNES TEREL,  
LIVS Laubacensis die, 27. Octobris, in Tem-  
plo Arcis, defendere conabitur.



*V V I T E B E R G Æ*

Excudebat Matthæus Welack,  
ANNO M. D. XCIII.

# DE BONIS OPE RIBVS DISPVTATIO.

Propositio prima.

E Iustificatione fidei dictum nuper, ut & mediis, quibus iustifica fides in nobis acceditur. Nunc quos ea de se fructus gignat, per videndum,

2. Sic ergo de his Augustana Confessio Docent (Ecclesia nostra) quod fides illa debet bonos fructus parere, & quod oporteat bona opera mandau Deo facere propter voluntatem Dei, non ut confidamus, per opera iustificationem coram Deo mereri &c.

3. His verbis initio bona opera comparantur fructibus, des autem arboris. Cuius similitudinis in hac causa frequenter simus est in sacris literis usus Matt: 3 & 7. Iohann: 15. Rom: 6. & 7. Colos: 1. Hebr: 6. & alibi.

4. Hinc bona opera dicuntur fructus spiritus. Galat: fructus penitentiae Matt: 3, fructus iustitiae Phil: 1, fructus usque ad supernis est, sapientiae, Iacob: 3. denique fructus factus enim solet esse operosa per charitatem, Gal: 5. & ex operibus estimatur Iac: 2. haud aliter atq; ex suis fructibus animus cognoscitur.

5. Non autem indifferenter opera quaevis, que probantur venditantur bona vere sunt sed etiam tantum, que, ut Augustana Confessio proficitur, a Deo mandata sunt.

6. Idcirco definitiuntur illa iuxta tenorem scripturae, quod sint opera verbo Domini pracepta, que sunt ab his, qui sunt in gratia, non propriis viribus sed per spiritum Christi. In hos fines ea referuntur, ut Deo sua probent objecuta, ut Dei gloriificantur, ut ipsi exornetur doctrina servatorum nostrorum Dei, ut gratitudo probetur pro accepitis beneficiis, ut infer-

tur proximo, atq. his modis fides declaretur nostra: que etiam  
opera Deus non in hac tuntum vita, sed etiam in altera com-  
pensabit.

7. Non nisi mandata opera in bonis esse habenda, autor  
est Dominus ipse Deut: 4. & 12. edicens suo populo: Non quod  
tibi videtur facias Domino Deo tuo, sed quod ego tibi precipio,  
hoc T A N T U M facias, non addas quicquam aut detrahias.

8. Hinc Christus Matth: 15. ex 29. Capite Fsaie docet,  
Deo frustra serviri operibus secundum praecepta hominum ins-  
titutis.

9. Quia de causa opera & cultus humanitatis excogitatos  
ut idolatricos damnavit per Prophetas pasim. 1. Sam: 15. 2.  
Reg: 12. Eja: 5. 8. Amos 5. Mich: 6. & alibi.

10. Et Apostolus hiusmodi εθελοβοτηκεις iuxta precepta  
& doctrinas hominum suspectas rejecit, Coloss: 2. atque sic Pon-  
tificiorum opera ex bona intentione sine Dei verbo, immo contra  
illud facta palam damnat.

11. Quae porro sunt opera divinitatis requisita, Decalogus or-  
bendit, distinctis utriusq. tabule precepit.

12. Ceterum non abs re in definitione ponitur vera bona  
fieri ab his, qui sunt in gratia. Etenim ut opus placet Deo ex  
fide proficiatur necessum est. Quod enim non ex fide est, pecca-  
tum est Rom: 14. & fieri non potest, ut homo placeat Deo sine  
fide, Heb: 11.

13. Vbi autem persona non placet, neg. opus placere potest.  
Iuxta illud Gen: 4 Eccepsit Deus ad Abel & sacrificium eius,  
ad Cain autem & sacrificium eius non respexit.

14. Et rursum: Per fidem uberiorum hostiam obtulit Deo  
quam Cain, Heb: 11.

15. Quanquam igitur virtutes gentilium, temperantia  
firmitas, iustitia Aristidis, clementia Iulij Cesaris, Castitas

Scipionis & Lucretiae &c. precepta sunt à Deo, atq; hoc non  
ne à peccatis propriè sic dictis distinguuntur, tamen quia per-  
sonae he non erant in gratia, nec virtutes illarum ex fidu-  
Christum profecte, nec ad veros fines directe: probari Du-  
non potuerunt eò modo, quo filiorum suorum opera misericordia  
dūcēr acceptab.

16. Opera itaq; verè bona, Deoq; probata sunt à solis con-  
versis, renatis, iustificatis & sanctificatis.

17. Sunt enim fructus pénitentie, renascentie, iustificati-  
& sanctificationis. Itaq; non precedunt h. s. Dei actiones  
nobis, sed ex ijsdem promanant.

18. Itaq; non nisi hi qui aguntur spiritu Christi operantur  
benè, dicente Christo: sine me nihil potestis facere: haud da-  
ter atq; palmes fructus non fert à se metipso, nisi manserit  
vite, Iohann: 15.

19. Et ibidem: ego vos constitui, ut eatis & fructum affi-  
ratis.

20. Et Paulus docet, conditos nos esse in Christo Iesu  
bona opera, que preparavit Deus, ut ambularemus in eis, Ephe-  
si 2 imò purificatos in populum peculiarem, scilicet bonorum  
operum, Tit: 2.

21. Visitur autem Deus in producendis operibus bonis  
voluntate hominis iam renata, non ut mere παθητικό sub-  
iecto, sed ut instrumento concorrente ἐνεργήτικο, non quin  
dem ex naturalibus suis viribus, sed agente illam & regente  
spiritu Dei, qui solus agit in nobis, & ut velimus, & ut effici-  
ciamus pro bono animi proposito, Phil: 2.

22. Fines bonorum operum quod attinet, notantur aliqui  
veri fines in Confessionis Articulo, & removetur falsus, qui  
à Pontificijs assiuitur novæ obedientie operibus.

23. Falsum est, quod laus iustificationis & salutis adscri-  
bitur operibus, secus, quam Paulus sentit, qui scribit iustifi-  
cationis

cari & salvare hominem absq; operibus, gratis non operantur, non ex operibus, ne quis glorietur, Rom: 3. & 4. Ephes: 2.  
Quia de re nuper sat is dictum est.

24. Quando autem Pontificū inferunt, si bona opera non insufficiunt aut salvent, frustraneum fore studium illorum; discipuli suos homines insufficientissima finis enumera-

tione.

25. Sunt enim alij fines & cause, quibus incitati bona ope-

ra facere debeamus, quas partim Augustana confessio, partim

definitione nostra commemorat.

26. Certe si preter mandatum Dei nulla extaret causa a-

lia sufficere debebat hoc Dei mandatum ad sanciendum in no-

bis ardentem pietatis, obedientis, & bonorum operum Zelum.

Siquidem Deo iure creationis ad obedientiam obstricta est om-

nis creatura.

27. Sunt vero causae plures, & inter alias operandum est

benè, ut gloria Dei illustretur.

28. Sic enim Matth: . Saluator ait: Sic luceat lux vestra

coram hominibus, ut videant bona vestra opera, glorificantē

patrem vestram, qui est in celis.

29. Praeterea ut doctrina servatoris nostri Dei hinc orne-

tur, Tit: 2. Sicut nō vitam impiam eorum, qui profanentur Eu-

angelium blasphematur sermo Dei 1. Sam: 2. Ezech: 36. Tit:

2. & ab alienantur à professione fidei hominum animi, atq; sic

non mediocriter impeditur Euangeliū cursus; ita viciissim be-

nefaciendo obturatur os hominibus stolidis & ignorantibus, &

et si ut qui adhuc à fide alieni sunt, ex bonis operibus nos aspi-

mantes glorificant Deum Deum in die Visitationis, 1. Pet: 2.

30. Qualiter uxores Christianas Diuus Petrus hortatur

ut subdilectint viris, ut etiam qui non obtemperant sermoni

per uxoram conversationem absq; sermone lucrificant, dum con-

siderant cum reverentia coniunctam castam earum conversa-

tionem, 1. Pet: 3.

31. Est etiam hic finis neutquam postremus, quod pri  
sequiis probamus Deo gratitiam nostram pro beneficio  
ceptis.

32. Nugatorium igitur est, quod garriunt Romanenses, n.  
gligi bonorum operum culturam, si doceatur, non ex operibus  
iustificari hominem.

33. Imò maiorem in modum excitatur ac fervet bene opp  
randi studium, si Deus absq; omnibus operibus sola sua immo  
sa gratia & misericordia nos iustificare doceatur.

34. Quò enim magis gratuitum beneficium est remissio  
peccatorum & salutis, eò ardenter accenditur dilectio & gr  
atitudo erga iam incomparabilem benefactorem, & ut Christus  
ipse concludit: cui plus remittitur plus etiam diligit, min  
verò dilit. cui pauciora dimittuntur debita. Luc: 7.

35. Hinc spiritus Sanctus ex ipsa hac gratia iustificatione  
sine p. ibus, argumentum extinxit efficiendum ad gratia  
dinem operibus & obsequiis nostris Deo probandam.

36. Tit: 2. Illuxit Gratia Dei salutifica omnibus homini  
bus, erudiens nos, ut abnegata impietate & mundanis conc  
piscientijs sobrie & iustè & piè viuamus.

37. 1. Cor: 6. Non estis ipsi vestri iuris. Nam empli  
recio: glorificate iam Deum incorpore vestro & in spiritu  
vestro.

38. 1. Pet: 1. Scitis, vos non caducis rebus velut argento &  
auro fuisse redemptos à vana vestra conversatione, quam  
Patrum accepératis traditione, sed precioso sanguine velut aq  
ni immaculati & incontaminati Christi.

39. Et Tit: 3 postquam Paulus dixerat, Deum nos non  
operibus, sed secundum misericordiam suam saluos fuimus  
per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus san  
cti ut iustificati illius gratia heredes officeremur iuxta spu  
vitæ alterne; confessum subiicit: de his volo ut confirme,  
qui

quod solliciti sunt, ut bonis operibus praesint, qui crediderunt.

40. Ergo Paulus doctrinam de Iustificatione sine operibus gratuita id est vult urgeri, ut peream invenientur fideles ad bene operandum: hoc ipso Pontificiorum obiectum ex professo refellens.

41. Sunt quoque bona opera testimonia fidei nostra, iuxta scilicet Iacobus 2. Ostende mihi fidem tuam ex factis tuis, & ego ostendam tibi fidem meam ex factis meis.

42. Nunquam enim vera fides insuffrigifera est, neque nos iustificationem a scribimus ei fidei, qua bonis operibus sit vacua, sed quae iuxta Paulinam definitionem sit per charitatem efficiax, Gal: 5. quantumvis iustificam illam vim non habentus obtineat, quatenus se per charitatem ad proximum per bona operadimittit, sed quatenus nativa sua cœquere & seu facultate apprehensiva ad Christum in verbo promissionis assurgit, cumque amplectitur.

43. Denique ad facienda bona opera invitare nos debent amississima promissiones, quibus retributio promittitur non tantum in hac vita Psal. 41. sed etiam in resurrectione iustorum & seculo altero, Luc: 14. & 16. & Marth 25.

44. Quia tamen retributio non ipsam vitam eternam complebitur, hec enim est donum Dei per Christum Iesum Dominum nostrum, Rom 6.

45. Sed gloriam in vita eterna respicit. Sicut enim stella differt a stella claritate, sic erit resurrectio mortuorum, 1. Cor: 15. Et uniusquisque suam mercedem accipiet iuxta suum laborem, Cor 3.

46. Id ipsum vero gratis & non ex debito: quia inter operum nostrorum laborem, & retributionem alterius seculi nulla prorsus comparatio est aut proportio, qualis quidem alias immuni compensatione debita requiriatur.

Denique

47. Deniq; quod attinet propositiones illas: Bona opera sunt necessaria ad salutem: Impossibile est sine bonis operibus salvare: nemo unquam sine bonis operibus salvatus est etc. quia non sunt vnotuwo& sanorum verborum undique conformes, & pugnant cum particulis exclusivis ab Apostolo usurpatis & Perturbatis conscientiis necessariam consolacionem eripiunt. & offendiculi sunt plene, & errorum ansam subministrant, & omnino peccatum redolent: idcirco utrum pingantur, fingantur & refingantur, iudicamus ab iis abscondendum esse.

48. Necessaria sane sunt opera bona, sed non ad salutem consequendam, verum aliis de causis supra memoratis.

49. Et quanquam libera sunt bona opera, quia non coada, sed a libero & spontaneo profecta spiritu: tamen non ita libera sunt, ut integrum nobis sit ea intermittere. Debitores enim sumus, ut non secundum carnem vivamus, sed secundum spiritum, Rom. 8.

50. Rursum, quando necessaria dicuntur bona opera propter mandatum Dei, nihil id obstat, quo minus & spontaneo recte dicantur: siquidem spontaneo non necessitas (que alius ex causis orta libertatem voluntatis non everit) sed coactione pugnat.

51. Eam quoq; propositionem, qua dicitur: Bona opera sunt permittoſa, non simpliciter admittimus.

52. Per se enim sunt bona, utilia, & ad Dei gloriam Ecclesie &c. adificationem pertinentia.

53. Perniciosa vero fiunt non nisi per accidens, quando fiducia salutis aut iustitiae coram Deo valentis in ipsi collectur. Quo sensu Divus Paulus pro reiectamentis & damnatis putat opera sua, que olim in Pharisaismo fecerat. Phlk. 3.

FINIS.